

doti in eadem prouincia dimidiam marcham den. ecclesie østby in walen-  
dahundæri vnam marcham den. ecclesie sudherby in Lyhundæri dim. mar-  
cham den. jtem karlunxkyrkiu dim. marcham den. Johanni procuratorj meo  
sex marchas vxori sue gyridh quinque marchas den. Johanni karlson sex mar-  
chas den. guta dyacono quatuor marchas den. domino hennikino in hatunum  
breuiarium meum Testes huius mee ordinacionis sunt, dominus hemmingus Ca-  
nonicus vpsalensis, frater boø supprior fratrum predicatorum sicton. dominus  
hænika sacerdos de hatunum, dominus bero de giristum & parochiani mej sci-  
licet finuidus de brunnstæ atto de kyninge laurencius de kumblum, hem-  
mingus de aby haquinus de jædhrum In cuius eciam rej testimonium sigil-  
lum capituli vpsalensis & sigilla dilectorum amicorum domini hemmingi  
canonici vpsalensis dominorum hennikini de hatunum & beronis de giri-  
stum fratris boø de sictonia vna cum sigillo meo peto presentibus firmiter  
aponni Actum anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> nonagesimo secundo sexto idus marci.

1065.

1292 d. 21 Mars.

Sko.

MAGNUS JOHANS SONS tillägg till dess förut gjorda Testamente.

A. 6. a. 2. 5.

Uniuersis presentes litteras inspecturis, MAGNUS JOANSSON, Salutem in  
omnium saluatore. Humane mentis obliuio multarum in hoc mortali corpo-  
re curarum incommodis occupate, nec non inopinatus hominum ex hac  
vita transitus, in hiis eciam que rite geruntur, non numquam deficere fa-  
ciunt testimonia viue vocis. Ideoque rememoratiua litterarum munimina sa-  
gaciter simul & vtilater sunt inuenta. Eapropter presencium tenore consta-  
re volo omnibus euidenter, Quod, sicut meo feci inseri testamento, Dilecte  
vxori mee Jngiburgi, si ipsam post me superstitem relinqui contigerit, lego  
& confero Curiam meam in fredawi cum attinenciis omnibus mobilibus  
& immobilibus, & molendina pertinentia ad Curiam, baldingstad necnon quin-  
que solidos terre cum dimidio in ølistum, ac dimidiam oram terre in Seby.  
Ceterum, quia Curiam meam, bodir, sitam in Niudungi quam eidem dilecte  
vxori mee pro donacione propter nupcias assignaueram, postmodum contu-  
li famulo meo, Magno dicto enkia, ideo loco eius Curiam meam Husaby arech,  
cum attinenciis omnibus ipsi vxori mee confero & assigno. Vltcrius, quia  
Curiam Midalby, cuius ad sepe dictam dilectam vxorem meam, olim specta-  
bat proprietas, de ipsius consensu contuli Domine Ragnildi, uxori domini  
benedicti boson, idcirco Curiam meam egby a thorsni, cum omnibus eidem  
attinentibus refundendam duxi predilecte vxori mee sepius memorate. Super  
quibus omnibus, ne in posterum aliqua oriatur callumpnia, Sigillum Domini  
mei, Domini, Birgeri, Sweorum Gothorumque Regis illustris, & Sigilla

venerabilium patrum Dominorum . . . Strengenensis & Arosiensis Episcoporum, executorum supradicti testamenti mei, vna cum sigillo meo proprio necnon sigillis Dilectorum ... (*utplånadt*) meorum Domini Johannis angeli ac Domini karuli Canonici vpsalensis, presentibus sunt appensa. Actum Sko, Anno Dominj, Millesimo, Ducentesimo, Nonagesimo, Secundo, Duodecimo kal. Aprilis, Presentibus, venerabili viro, Magistro Andrea Preposito vpsalensi, ac Religioso viro fratre Laurencio Priore Sictuniensi, necnon Domino Haquino Rectore Ecclesie, Tensta.

Sigillen N:o 1, 3, 5, 6, bortfallna, 2, 4 stycken qvar.

1066.

1292. d. 25 Mars.

Calmar.

Lagmannen i Östergöthland BENETS beskärmeleebref för Skeninge kloster och dess gods, med försäkran om befrielse från åtskilliga utlagor, nemligen: gengärdslösen, mordgäld och ledungslama.

A. 3. h. 2. 1.

Omnibus presens scriptum cernentibus ,B, legifer ostgothorum, Salutem in domino sempiternam, Tenore presentis constare volumus vniuersis, Nos deuote sororis benedictae, de sancto martino skæningie, bona omnia, cum villicis & colonis, familiis & personis in eisdem bonis commorantibus, sub nostram protectionem, & tutele gratiam specialem recepisse, Redentes eadem bona sua cum familiis, & personis ceteris in eisdem bonis vt dictum est, commorantibus, ab omni iure & causis regalibus, preter gingerdhaløsn, mordgäld, & ledhuxlama, libera penitus & exempta, prohibentes firmiter & districte, Ne quis eadem bona, contra premissam libertatem, quam dicte, b, sorori, duximus concedendam aliquatenus presumat indebite molestare, Datum Kalmarne anno domini M°.CC°.XC°. secundo, In anuunciacione virginis gloriose.

Sigillet finnes å en ur brefvet klippt remsa.

1067.

1292 d. 21 April.

Harlestad?

JOHAN BIRGERS SONS af Forsa morgongåfvobref på Forsa gård till sin hustru Hjalmborg, dotter af Hr Eskil och Fru Walborg.

A. 6. a. 2. 7.

Omnibus presentes litteras inspecturis JOHANNES BYRGERI FILIUS de forsom. salutem in domino sempiternam. Tenore presentium, constare uolumus omnibus euidenter Nos dilectam uxorem nostram Hjalmborgem filiam Do-